



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Replica Ioan. Eckii Adversvs Scripta secunda Buceri  
apostatæ super actis Ratisponæ**

**Eck, Johannes**

**Ingolstadii, 1543**

**VD16 E 416**

Imp. non peccauit deputando Eckivm.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30106**

Zenefio Carmelitarum item Nurmbergæ. Neq; tanti facio  
 disputationem Ingolstadien. qua merui, vt ex Friburgo vo-  
 carer ad lectiōē ordinariam Theologiæ & canonicatum  
 Eistetten. in tam parua ætate, aut quod Bononiæ publice di-  
 sputaui in æde S. Petronij, aut in Vienna Pannoniæ supe-  
 rioris. Hæc fuerunt præludia seueriorum, sed quando deus  
 excitauit me, vt ascenderem ex aduerso, & opponerem me  
 murum pro domo Israel, vt starem in prælio in die domini,  
 tunc sequutus sum Carlstadium & Lutheꝝ ad Lipsiam, se-  
 quutus sum Oecolampadium, Zuinglium & gregē suum  
 in Heluetiam, & hæcenus sæpe prouocaui Philistæos ex-  
 probrantes agmini dei viuentis, vt disputatione & iudicio  
 negocium omne transigerent, vti Ambrosium Blarer non  
 solum Constantiæ, sed etiã Memingæ, quãdo simplicem po-  
 pellū illic seducebat, ad disputatoriū congressum euocaui.

Vnum præterire non possum, quãto in honore habeat Buc-  
 cer Augutum Cæsare nostrum, quando ait: Omnipotēs de-  
 us parcet Imperiali Maiestatī, & omnibus consultoribus,  
 quod hunc viꝝ ad Christianum ordinauerunt colloqui-  
 um. Veh Cæsari & Cæsarianis, qui crimē capitale admise-  
 runt Eckiū deputãdo ad colloquium, & quis absoluet eos:  
 forte Bucer indulget, q̄ non peccauerunt in sp̄m sanctum.

At quanto verius ego moneo Cæsarianos, ne prouocēt  
 iram altissimi, cum sciant quos tumultus, & seditiones exci-  
 tent Lutherani in Germania, et pergunt quotidie facere pe-  
 iora. Sciant quas hæreses impiissimas fouent, quas blasphe-  
 mias & sacrilegia quotidie committant, cum sciant eos o-  
 mni conatu niti ad rebellionem & inobedientiam ac sedi-  
 tionem, contra decus Imperij in certam Germaniæ destru-  
 ctionem. Et cum eum, qui certus est, non oportet certiora  
 ri, cur ergo contra eos vt schismaticos & hæreticos non  
 procedunt: Et cum nulla sit spes emendationis, & indies fi-  
 ant deteriores, & sermo eorū vt cancer serpat, vt quotidie

N nume

1519  
Lipsia.  
Baden.

1526

Blarer.

Fol. 228

Imperas-  
tor nõ pec-  
cauit.

Audi Cæ-  
sar.

Cæsariani  
sciunt.

De reg. ius-  
ris.

Malicia  
Luthera-  
norum.

.Timo. 2. numerus eorum per miras practicas fiat maior, per funes  
 stas & exitiales ligas, iniqua foedera, in & extra Imperium,  
 impietas eorum sit maior, quid conuentus agimus & indi-  
 cimus deitas: cum testentur tam aperte, tam manifeste, se  
 Obdura- obduratos nolle cedere, vt omnia colloquia & Comitia  
 tio Luth- sint nobis frustratoria. Ipsi autem semper curant, vt secta  
 ranorum. eorum fiat auctior, & populum loci seducant, sicut Augu-  
 stia. stia contigit, vbi ciuitas ab initio non esset admodum per-  
 tinax, sed promitterent se adhaesuros Caesari & conclusio-  
 ni ordinum Imperij: in fine neutrum volebat facere. Quid  
 Ratispo- promouit Caesar Augustus iam Ratisponae, dum perue-  
 ma. sos Lutheranorum praedicatores permisit praedicare in do-  
 mibus: vt iam contra, quam Caesari promiserant, publice  
 Lutherismum acceptarint, & nouam ordinationem contra  
 ecclesiam fecerint: Nimia ergo licentia & indulgentia Imp.  
 Augusti, quia non punit sigillifragos, praebet incentiuum  
 delinquendi. Non ista obijcio Caesari, sed Bucero, vt Caesar  
 si poenitere debet, plus suppeditat nimia permissio, licet Au-  
 gustale caput non iudico, sed potius arbitrer mitissimum  
 Impera- principem, tam amantem pacis, vt mallet prius omnem la-  
 tor mitissi- pidem mouere, quam officium Imperatorium in schismaticos  
 aus. & rebelles exercere.

Victoria, virtus & honor Caes. M. Carolo, V. a  
 deo coronato.

## AD QVARTVM CRIMEN.

Dux Vuil-  
 hel. patro-  
 nus Eckii.

**A**ffirmat dein me electum contemplatione principis mei  
 illustriss. D. Vuilhelmi comitis Palatini, Rheni ac su-  
 perioris & inferioris Bauariae ducis &c. & hoc bene, vt Ec-  
 kius tale habeat principem, quem tanti faciat Imperij rector  
 Caesar, & princeps talem habeat Theologum Eckium, quo  
 Imperator in grauissimo negotio fidei possit vti. At scitis  
 pio mox pungit alioqui Eckium non fuisse deputatum, quod tanta  
 sit ambitio eius & impura vita, In utroque mentis Bucero, vt  
 sequenti